



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 405/19

LUBLINENSIS

Beatum Sigismundum Pisarski, presbyterum et martyrem, qui pro Christo et fratribus vitam profundere non haesitavit, clerus et christifideles oppidi v. d. *Kransystaw* peculiari cultu prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Stanislaus Budzik, Archiepiscopus Lublinensis, communia excipiens vota, ipsa auctoritate civili annuente, electionem Beati Sigismundi Pisarski, in Patronum apud Deum praedicti oppidi rite approbavit.

Idem vero, litteris die 20 augusti 2019 datis, enixe rogavit, ut huiusmodi electio et approbatio, iuxta Normas de Patronis constituendis confirmarentur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum eidem a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

BEATUM SIGISMUNDUM PISARSKI,
PRESBYTERUM ET MARTYREM,
PATRONUM APUD DEUM
OPPIDI v. d. *KRASNYSTAW*

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 14 octobris 2020.

Robertus Card. Sarah

Robertus Card. Sarah
Praefectus

+ *Arturus Roche*

Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis